



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaë

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. L. Modicum, minimum, Pauxillum. Conf. sup. cap. 31.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. XLIX.
De Moderamine incul-
patæ Tutelæ.

Axioma I.

Quoties quis aliter à periculo mortis liberare se potest, quàm occidendo, toties moderamen excedit. Quia sic culpam committit & magis vindictam, quàm defensionem exercet. vid. §. 2. *Instit. ad L. Aquil. & Const. Crim. art. 140.* Ita qui, cum potuit, non aufugit, moderamen excedit *l. 5. pr. ff. ad L. Aquil.*

Declar. ut tamen excessus in moderamine inculpatæ tutelæ puniatur dantaxat extraordinarie, cum difficillimum sit justum dolorem temperate *l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult. & l. 4. c. cod. Carpz. Pract. Crim. P. 1. Q. 28. & 29.*

CAP. XLIX.
Modestia.

Modestiam & patientiam Leges unicuique injungunt. *l. 26. C. de Episc. & Cleric.* Sicut enim ea modestiam & verecundiam amant commendantque. *l. 14. §. 1. de alien. judic. mut.* ita inverecundiam & immodestiam dedignantur. *l. sicut §. si voluntate 6. ff. quibus mod. pignus amitt. vid. orat. Ant. Matthæi de Modestia JCIorum.*

CAP. L.
Modicum, minimum,
Pauxillum. *Conf. sup. cap. 31.*

Axioma I.

Modicum & nihil sunt æquiparata. *cap. licet causam 9. §. quanquam. in verb. nulla vel modica de probat. cap. cum te extr. de Re jud. Gothofr. Anton. disp. feud. 7. rb. 3. lit. E. Jas. in l. si is qui pro empt. col. 2. ff. de Usucap. & in l. sciendum. ff. qui satisdar. cogantur. Ludov. Roman. sing. 334. Hippolyt. de Marfil. singul. 276. Parum & nihil. Regner. Sixtin. 2. Consil. Marpurg. 8. vol. 2. nec propter res parvas quid novandum aut turbæ movendæ. Zas. ad l. scio de restit. in integr. imò modicum pro nullo reputari *ex l. 4. de in integr. rest. l. 4. §. ult. ff. de adit. edict. probant Anton. de Butrio in c. 2. post gloss. 2. de regular. Paris. de Buteo in tract. Syndicat. verb. sortura. n. 1. 2. 3. Welenb. i. conf. 13. n. 5. sicut & res quæ non adeo magni sunt momenti per c. licet 9. de probat. verb. nulla. §. sed quia. Inst. de fideicom. hered. Gilken. ad l. 15. C. de pact. num. 26. vid. Cujac. ad cap. 3. extr. de sponsal. ita modica mutatio substantiam non immutat. Speculat. de libell. concept. §. nunc ostendamus. n. 6. 7. 8. nec etiam damnum magnum in mora modici temporis videtur. *l. si debitori 21. ff. de judic. nec modica inæqualitas in considerationem trahi solet. Horat. Mandof. in addit. ad Roman. conf. 386. in causa propositæ consultat. verb. Speculator allegans. Boer. decis. 140. ex processu. Phil. Dec. in l. ut liberis notab. 3. C. de collat. Pantüschm. 2. quest. pract. 16. n. 60.***

ita modicum intervallum non est intervallum. *l. 6. §. 1. de duob. reis. unde Quintil. declam. 9.* Vix saluatis laribus expellor, & apud plerosque dubitari potest, an admittus sim. vid. Cujac. in Paul. 3. quest. ad l. 40. de reb. cred. nec modicum vulnusciculum in se delictum habet. *l. 1. §. 8. de adit. edict. l. 4. cod. ibique C. A. rb. 24. idem etiam extendi ad impenias modicas videmus in l. 12. ff. de impens. in rem dot. fact. quod etiam de dote exigua dicit Gail. 2. observ. 88. n. 20. quæ omnia in terminis habilibus intellige: aliquando enim & modica attendi, patet ex iis, quæ refert Cujac. lib. 7. respons. Modestiam in l. Sempronia 72. de furt. ubi multis exemplis ostendit, non crubescere juris Auctores aliquando etiam de rebus minimis iura condere, nec metuere, ut Plato ait *5. de LL. opinionem μισρολογία:* debemus enim esse religiosi etiam in re parvi momenti, ut vel asseveramus semper esse hujusmodi. Cujac. ad l. 60. in fin. de furt. tract. 18. ad African. p. 119. Unde Julianus in Novell. 69. eleganter ait: quamvis res, de qua agitur, minima videatur, justitiæ tamen ratio non ex quantitate, sed ex suis regulis debet æstimari: Nam quod aliis vilissimum esse videtur, hoc aliis pretiosissimum est. Conf. Cujac. in Comment. ad Novell. 69. cap. 1. & lib. 11. Paul. ad Edict. l. 13. ut in possess. legat. C. A. ut legat. vel fideic. thes. 3. ita v. c. eum, qui rem modicam rapit, de omnibus aliis etiam majoribus teneri sententia est Ofilii in l. 21. de furt. quæ placuisse videtur & Claudio in l. 3. §. ult. de incend. ruin. & naufrag.*

Deinde limita, quòd hoc axioma non procedat de multis modicis, cum hodie modicum, cras modicum & perendie modicum faciant, unum grande satis. *Alber. Gent. dec. 1. disput. 2. & quæ non profunt singula, multa juvant. l. excusantur. 2. de excus. tutor. ut & minimum quodvis uni additum vincit alterum. Bart. Bald. in l. si duo patroni in pr. per gloss. ibi in verbo habiturum. ff. de jurejur. Sed de uno modico dicitur, quòd non attendatur. gloss. in l. continuus de V. O.*

Modicum quid sit, licet in actione doli duobus aureis definiatur. *l. 9. §. ult. juncta. l. 10. ff. de dolo. ex comparatione personarum & aliarum circumstantiarum æstimari solet. Gilken. ad l. 15. C. de pact. n. 27. vid. Menoch. conf. 134. n. 3. & C. I. A. ubi de definitione & quænam sint modica, Commodati thes. 18. l. 2. §. 1. junct. l. 4. ff. quod cum eo qui in alien. pot. ubi gloss. in d. §. 1. lit. n. judicis arbitrio æstimandum relinquunt. vid. Umm. disput. 16. de processibus n. 49. vers. aut si de re modica.*

III.

Modica non nocent, *cap. si proponente 42. ubi gloss. 1. de rescript. Tiraq. in l. si unquam. verb. donatione largitus. n. 107. C. de revocand. don. & in tractat. de judicio in rebus exig. vers. 29. quia de modico non est curandum. l. si oleum 9. §. fin. cum l. sequ. ff. de dolo. l. in rebus 18. §. possunt 2. ff. commodati. Thom. de Thomasset. in floribus legum,*

legum, reg. 422. ubi ait procedere, nisi modica essent essentialia. Bertazol. in re-
pet. l. si quis major. C. de transactionib. n.
422. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccle-
siast. decis. 39. n. 3. in 1. edit. aliàs resol. 36. in
2. edit. Giurba in consuet. Messanens. c. 16.
gloss. 1. n. 14. Joan. Maria. Novar. quæst. fo-
renf. lib. 1. quæst. 37. n. 10. & 21. q. 56. n. 8.
Steph. Grat. discept. forens. tom. 5. c. 951. n. 7.

Unde modicam rem non efficere si-
moniam, id est, simoniam non committi,
si quid minimum donatur, tenent Cra-
vett. conf. 46. n. 12. vers. confirmatur. Tiraq.
de iudicio in rebus exig. vers. 30. Valer. Re-
ginald. in praxi fori pernit. lib. 23. n. 166.
Soar. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 3.
num. 3. cum seq. Aloyf. Ricc. in decis. 1. Cu-
ria Archiepiscop. Neapolitan. decis. 208. n. 6.
cum seqq. p. 1. Card. Tusch. præct. concl. tom.
5. lit. M. concl. 239. n. 46.

Et in usura ratione parvæ quantitatis
peccatum dari posse tantummodo venia-
le, resolvunt D. Thom. 2. 2. quæst. 66. art.
6. ad 3. Covar. lib. 1. var. cap. 3. n. 12.

Civitas inficio principe modicum tributum
indicare potest. Brunnem. in l. un. C. de superin-
dict. Perez. de indict. n. 11. 12.

Publicæ latitiæ nunciis modicum donari po-
test. l. 1. 2. C. publicæ latitiæ. Perez. ibid. n. 9. -- 13.
Sic & legatis data si modica sint, ab iis retineri
possunt. Brunnem. C. eod. in fin.

Et lethale peccatum non committi, si
iuramentum in promissione rei minimæ
adhibitum non servetur, tradunt S. An-
tonin. tit. 10. cap. 4. §. 1. col. 3. Sylvest. in
summ. verb. Iuramentum. 4. quæst. 1. p. 2.
ad fin. Sot. de iustit. lib. 8. quæst. 1. art. 7.
in 7. col. & lib. 7. q. 2. art. 2. vers. utrum ra-
tione levitatis. Azor. Instit. moral. p. 1. lib.
11. cap. 5. quæst. 3. Fr. Emman. quæst. Regu-
larium. 3. quæst. 50. art. 2. Sayr. in Clavi Regi-
gia, lib. 5. cap. 46. n. 28. Quamvis contra-
dicat Cajet. 2. 2. quæst. 89. art. 7. ad 1. dub.
Covarr. Tabien. Armil. & Philiarth. ci-
tati ab Azor. ubi supr. & Alex. conf. 105.
Magnificæ. num. 19. vers. accedat. lib. 3. pu-
tans quod emptor non implens juratam
emptionem cadit à tota, si minimum
remanet, quod non implevit, & Cravett.
conf. 182. n. 16. existimans quod ubi est ju-
rumentum, modicus defectus etiam in
uno nummo facit incidere in pœnam,
prout eos refert Cardin. Tusch. dict. lit.
M. concl. 239. n. 40. & 41.

Ex quo testes singulares probant, ubi
agitur de modico præiudicio, dicunt
Crav. d. conf. 182. n. 15. ubi idem dicit de
testibus consanguineis, & de illis, qui mo-
dicam utilitatem, vel commoditatem
sunt percepturi. Abb. conf. 113. col. 4. vers.

vel possumus. lib. 2. Anton. Gabriel. com-
mun. tit. de testib. conclus. 2. n. 74. Seraph.
de privileg. iuramenti, privil. 27. n. 11. Farin.
in praxi crim. q. 64. n. 298. Card. Tusch. d.
concl. 239. n. 12. [ita & in causis modicis
summariè proceditur, ne pars litigans
plus sumptuum quam controversiæ sum-
ma sit, patiat. Imp. in Authent. de man-
dat. Principum. §. sit tibi quoque. Authent.
nisi breves. Cod. de sent. ex brevi. recit. Conf.
Arg. conf. 88. n. 10. vol. 1. nec multa mo-
dica facere unum satis in pœnalibus, in-
quit Jas. in l. si idem cum eodem. n. 3. & ibi.
Dec. n. 1. & 16. Claud. Seyfell. n. 1. & 2. de
jurand. Farin. 1. conf. crim. 78. n. 3. nec eti-
am modica præsumi aliquem immutare,
dicit text. in cap. et si 8. de simon. neque cir-
ca ea dolum committi, patet ex cap. pe-
nult. extr. de crimin. fals. neque etiam su-
spicionem modicam vitare rescriptum,
cum ea animam sapientis non immutet,
refert cap. ult. extr. cod.]

MODICA tamen semper attendun-
tur in istis casibus. Primò, quando di-
spositio loquitur per verbum, aliquid.
Secundò, quando dispositio loquitur
conditionaliter. Terriò, quando sumus
in formalibus. Quartò, quando mini-
mum requiritur ad integrandum nume-
rum majorem, & quando agitur permis-
sivè, secus si prohibitivè. Sextò, quan-
do militat eadem ratio in modico, sicut
in magno; ita plenè Dec. in cap. de appel-
lationibus, num. 11. cum seqq. de appellat.
quem refert Cardin. Tusch. dict. conclus.
239. num. 39. Ideo in solutione gabellæ qui
deficit in uno nummo, non excusatur,
Alex. conf. 105. Magnificæ. num. 20. vers. pro
hoc benefacit. lib. 3. Et emphyteuta sol-
vens nummum pro canone, ita expellit-
tur, & cadit à jure, si illum nummum
solvere cessat per biennium, seu trien-
nium, sicuti si major esset summa, Bald.
in cap. cum ad eod. in princip. num. 3. vers.
& sic nota de rescript. Tiraquell. de ju-
dicio in rebus exig. vers. 55. 51. Cravett. d.
conf. 182. num. 16. Surd. de aliment. tit. 8.
privileg. 61. n. 23. & tit. 7. quæst. 17. num. 23.
& 24. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig.
convent. lib. 22. tit. 27. num. 13. Cald. Perei-
ra quæstion. forens. lib. 1. quæst. 11. num. 12.
& conf. 38. num. 9. Molin. de iustit. tractat.
2. disput. 453. vers. dubium etiam est. Re-
bellus de obligat. iustit. part. 2. lib. 14.
quæst. 8. num. 8. Cardin. Tusch. d. con-
clus. 239. numer. 42. & modici beneficii
taciturnitas vitiat dispensationem su-
per pluralitate beneficiorum, cap. non
potest 21. cap. si mori 23. de præbend. in 6.

IV.

Modicum opponitur magno, sicut non modicum capitur pro magno in l. 1. §. 1. de liber. caus.

V.

Modica impensa ab Alex. in l. divorrio. §. impendi. n. 3. in fin. ff. sol. matrim. dicitur, quae fit pro fructuum perceptione, & magna, quae est ad perpetuam rei utilitatem, etsi ipsa quantitas sit exigua. Aliter statuit Menoch. de arbitr. jud. quest. l. 2. cas. 145. n. 4. quod modica impensa sit decidenda pro qualitate rei & personarum ex arbitrio iudicis. Munoz de Escobar de Ratiocin. cap. 25. n. 58.

VI.

Aliquando modicum est diviti, quod multum est pauperi. arg. l. legitimus §. 1. de leg. tu. vel. Barrol. in l. sed etsi susceperit. §. 1. in fin. de judic. arg. l. 1. ibi: & liceat. de aliar.

VII.

Modicitas pretii arguit simulatum contractum. Panorm. conf. 49. p. 1. n. 1. & praesumptionem facit contra verum contractum, ut si datur res mille valens pro centum. c. 1. vers. si quis. qual. ol. feud. alien. pot. Rimin. consil. 74. n. fin. istam autem modicitatem limitat Cavalcanus ad tertiam vel quartam partem. decis. 2. num. 15. Secus verò est, si laesio est ultra dimidium iusti pretii, tunc non simulatio sed laesio praesumitur. Besold. conf. 93. n. 84.

CAP. LI. Modus, Temperamentum, Conditio.

Axioma I.

Modus honestus in omnibus rebus est servandus, non immoderata cujusque affectio suscipienda, l. 6. §. 2. ff. de offic. proconsul. ex damno 40. in princ. de damn. insect. Anton. Faber in C. suo de usur. definit. 2. num. 4. & modo adjecto standum, ut cuilibet licito & honesto pacto, ex eo enim fides contractus aestimandus est. l. 8. §. 9. de transact. dummodo idem status rei maneat: eo enim modo mutato proprietarius modum servare non tenetur. l. quæro 54. §. inter locatorem 1. ff. locati. Tiberius Decian. 2. respons. 38. num. 9. Conn. conf. 75. num. 16. & conf. 105. num. 5. ne modus sit captiosus, quod contra bonam fidem est. Decianus resp. 4. n. 35. volum. 1. Alciat. respons. 77. n. 3. vol. 8.

II.

Modos & definitiones rerum inducere non hominis est, sed Legis. l. illud 19. C. de SS. Eccles. l. patre 8. ibi: quibus casibus solent. de his qui sui vel alieni juris. Ubi exemplum de furore paterno, quod eo non solvatur patria potestas, quia inter modos patriæ potestatis solvendæ receptos in civitate (hoc enim ibi vocula Mox designat) ista non sit: ita si quaeratur, an adoptio etiam fieri possit testamento? Rectè respondet Lyclam. lib. 7. membr. eclog. 9. non posse: quia duo modi tantum Lege proditi sint, Principale rescriptum & imperium Magistra-

tus. Sic cum quaeritur, an regulariter pactis detur hereditas? rectè negando respondebitur: quia certi sint modi, quibus hereditas detur, lex & testamentum, cum igitur in iis pactum non sit receptum, l. 5. Cod. de pact. convent. l. ult. de suis & legitim. consequens est hereditatem pactis dari non posse. Similia exempla occurrunt in l. 44. §. 7. ibi: certis modis definit deberi. de O. & A. l. 20. C. de pact. l. 18. C. de ingen. manumiss. l. 7. C. de sent. & interloc. Simile etiam occurrit in quaestione de doctorali dignitate, an ea liberos à potestate patria liberet, de quo vide Locam. in fascicul. quest. 38. ita, verbi causa, certis de causis permissum est servis dominos accusare, l. 1. §. 8. de offic. Praefect. urbi. l. 53. ff. de judic. ita legitimis modis probandus quis est ingratus fuisse, l. omnimodo 30. Cod. de inoffic. testam. ita testamentum dicitur ordinatio, sub certa tamen legis definitione constituta. l. 13. §. ult. C. de testam.

III.

Qui disponit de modo rei, supponit rem non interdictam, D. Gerhard. de conjugio §. 331. p. 209. D. Dorisch. in Antipap. 209.

IV.

Modus implendi in conditionibus magis consideratur quam effectus, l. commodissime 10. de liber. & posth. intellige verum in voluntariis, secus in necessariis, quia tunc potius ad effectum respicitur. l. si mater. 3. C. de instit. & substit. Bart. & Dd. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posth. Corn. 276. Viso. num. 6. tit. 3. Aug. Bero. in rubr. de probat. num. 49. Unde quando fit respectus ad effectum seu rem ipsam, non curatur, à quo fiat, quo casu succedit regula: Non curamus de modo, dummodo habeamus effectum. l. 3. ubi Bald. in pr. de instit. & substit. l. si verò 12. §. si filiosam. 6. ff. mand. l. cum servus 104. ubi Cuman. num. 2. de V. O. sicut §. si debitori 16. quibus modis pign. vel hypoth. solvatur. Pantschm. 1. quest. pract. 19. num. 103. Pacian. 1. conf. 39. num. 35.

V.

Modus in vim conditionis resolvitur, l. 1. C. de his qua sub modo l. 92. de condit. & demonstr. cap. Raynaldus 18. ex. de testament. quo introitu quandoque modus appellatur conditio, & viceversa, Balduinus Instit. de legat. Est enim causa quaedam finalis, ut eà deficiente extinguatur vel suspendatur debitum, perinde ac si deficeret conditio vel in pendenti esset. l. 17. §. fin. de condit. & demonstr. d. l. 1. C. de his qua sub modo. Gloss. & Azo in summa C. & Cujac. in parat. ibid. Goedd. vol. 1. conf. Marpurg. conf. 28. n. 123. Hinc vocatur modus, quod sit moderatio quaedam conventioni adjecta, l. 44. in pr. de oblig. & act. l. 14. l. 16. l. 76. l. 89. l. 97. §. possum. id. 102. l. 105. de verb. obligat. l. 87. §. ult. de condit. & demonstr. l. 1. ff. de condit. caus. dat. Burlat. 382. n. 21. cui adjectioni quidem standum, ut cuilibet alii licito & honesto pacto, dummodo idem status rei maneat, eo enim mutato non tenetur proprietarius modum servare, l. quæro 54. §. inter locatorem 1. ff. locat. Decian. resp. 38. n. 9. vol. 2. Corn. conf. 750. n. 16. & conf. 105. n. 5. Unde is propriè modus dicitur, non conditio, quando